



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Pro variatione, quæ subin devotionem magis acuit, Rithmi hi de 7 Christi
verbis etiam in qualibet visitatione recoli possunt.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

ate in miseria. Sed ut plenus spe ac fiduciā in agone possim dicere, quod id per tuam gratiam consummātim, quod à me Catholico religioso Sacerdote &c. lex tua sancta exigit.

In septima Visitatione.

AD quietem me compositurus adoro te mi-
Deus sub finem diei hujus, & devotā men-
te pauiispet ruminō verba illa tua ultima in Cru-
ce Pater titulo creationis, redemptionis, &
tot innumerorum beneficiorum, in manus tuas
quas semper ad me amplexandum in Cruce ex-
pansas tenes, commendo spiritum meum, Luc.
22. animam meam unicam (quā nihil preio-
sus habeo) toto tempore vitæ meæ, & vel ma-
xime in extremo mortis articulo. Quando Di-
abolus veniet ut leo rugiens in ira magna sciens,
quia modicum tempus est. Fac Domine, ut tunc
te Deo & homine sub speciebus Eucharisticis
contento, quem specialiter ideo jam sub iisdem
adoro, velut securissimo munitus ad iter æter-
nitatis viatico vexillum Crucis tuæ velut laba-
rum de Diabolo triumphans explicem, & pol-
sim tecum dicere: *Venit Princeps hujus mundi,*
& in me non habet quidquam.

Pro variatione, quæ sub in devotionem magis acuitat-
Rithmi hi de 7 Christi verbis etiam in qua-
libet visitatione recoli possunt.

1. **A**Ve JEsu, qui mactaris, Sed tortorum
deprecaris Patrem culpæ parcere.
Promptè fac nos indulgere, Nec vindictam
exercere, Corde, verbis, opere.

2. Ave

Solida devotionis exercitia. 20;

1. Ave JESU qui latroni Pœnitenti, summi boni Promisisti gratiam. Tali nos contritione Nunc & mortis in agone Fac merei veniam.
2. Ave JESU qui præsentem Crucis Matrem condolentem Commendas Discipulo. Patri nos tuere curâ, Per te constet mens secura Quovis in periculo.
3. Ave JESU qui dixisti, Pater quid me reliquisti Tantis in suppliciis? Ne nos linquas, ut ruamus, Semper tecum persistamus Fortes in angustiis.
4. Ave JESU qui testaris Sitim, felle sed potaris, Tu qui pascis omnia. Fac æterna nos sitire, Mundi carnis fastidire Fugitiva gaudia.
5. Ave JESU consummasti Jussa Patris, & donasti Tua nobis merita. Benè fac nos inchoare, Sed & plenè consummare Tua beneplacita.
6. Ave JESU qui sermonem Morte claudens & agonem, Patri tradis animam. O mors tua nos emundet, Vitam bonis fac fœcundet, Mortem det tutissimam.

Quando in aliis visitationibus orasti sive mentaliter sive vocaliter jam allata, potes etiam in una recolere septem Christi in Cruce verba simul Oratione sequenti.

Domine JESU Christe Fili Dei vivi, qui in Cruce pendens dixisti: *Pater dimitte illis,*

I 6 non